

præstitit id iuramentum. Ad quod in primis dicendum est, cum Couar. cap. quamvis pactum, par. 3. in initio, num. 2. aduersus Decium, si pater etiam iurasset non mutare consensum, tunc, cum illum nõ mutare, maium non sit, neque prohiberetur patri, utique periturus esset, si eum mutaret, nihil impediens, quod manendo ita obligatum ex iuramento ad illum non mutandum, reddatur inestabilis: id quod satis perspicue constat ex dictis disput. 151. & alibi, easque de causa non plura hæc de re hoc loco dico. Dicendum deinde est, quado pater solum adhibuit consensum, nec se obligauit iuramento ad illum nõ mutandum, integrum sibi esse, nihil impediens iuramento filij, aut coheredum, illum mutare. Quomodo pactum filiorum inter se pendens a libero consensu ipsius, quod ex dispositione iuris, pro suo arbitrio, & voluntate, interim dum uiuit, mutare potest, tollere à patre non potest eam libertatem, & facultatem liberam testandi, quantum ius ipsi concedit, neque iter iuramentum filiorum id potest ab eo adimere. Dicendum tertio est, patre mutante consensum, filium, vel coheredes, non teneri pacto, & iuramento, sed filium, qui legitima, aut partii illius renouauit cum iuramento in fauorem alicuius, aut aliquorum ex coheredibus, perinde succedere patri, ac si tale pactum, & iuramentum, non interuenisset. Ita cum Bald. communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Anton. Gom. l. 22. Tauri, num. 31. & Molina, lib. 2. de primog. capit. 2. num. 4. Ratio autem est, quoniam factum illud filiorum, non solum in iure censetur contra bonos mores, sed etiam est prohibitorium sub pena amissionis totius commodi ex hereditate, nisi accedat consensus eius, cui est succedendum, & in eo perseveret vsque ad finem uitæ, vnde dictum est, iuxta l. vlt. C. de pactis, & iuxta alia iura, eaque ratione non confirmatur iuramentum, nisi accedat ille consensus, & perseveret vsque ad finem uitæ: quare eo ipso, quod consensus ille mutatur, accidit esse, obligare desinit iuramentum, & pactum coheredum inter se. Vnde probanda non est opinio Couar. cap. quamvis pactum, par. 3. in initio, num. 2. 7. & 8. qui cum concedat, pactum filiorum inter se, sine consensu patris, non firmum iuramento, propendit (tamen si trepidus) accedere semel consensu patris, esto postea illum mutet, teneri filios pacto iuramento confirmato de consensu patris inter se celebrato. Probanda item non est Iasonis sententia, qui adseuerat aduersus Baldum, renouationem legitimam cum iuramento vnius filiorum, in fauorem alterius, aut aliorum, obligare filium ita renouationem. esto pater mutet voluntatem, ac consensum, quod id sit renouatio legitima, quare renouatio (vt circa primum actum dictum est) confirmatur iuramento. Dicendum quippe est, quatenus in fauorem alicuius, aut aliquorum ex coheredibus facta est, transire in pactum de certo modo hereditate inter coheredes diuidenda, atque eatenus, esto iuramento confirmata sit, pendere, vt sit valida, à consensu patris, & à perseverantia in illo vsque ad finem uitæ, vt dictum est, & rectè, cum communi doctorum sententia, affirmant Anton. Gom. & Molina locis citatis.

41 Circa hunc tertium actum, & secundum præcedentem, obseruandum in primis est. Si facti sunt à minore sine iuramento, ac se læsum inueniat, quia expectans ipsi non fuit, eos celebrare, tunc locum habere beneficium restitutionis in integrum ad eos rescindendum, & ad reuocandum, quoad id maioratum, si, vt inde maioratus institueretur, facta sint, vt ex se est notissimum, & ex parte disp. 175. dictum est. Quando autem confirmati essent iuramento, locum non haberet restitutio in integrum: quoniam iuramentum valide adhibuit, beneficium impedit

restitutionis in integrum, iuxta authenticam sacramenta puberum, C. si aduers. vend. & alia iura, vt supra dictum est. Deinde obseruandum est, quod circa primum actum dictum est de renouatione ob causam, attendendum scilicet esse, num causa cessauerit, ad iudicandum vtrum renouatio existeret, etiam si iuramento confirmata sit, maxime habere locum circa tertium actum dictum sunt, suo etiam modo locum habent circa secundum, & tertium actum, vt rem expendenti, facile liquebit. Et præcipue locum habent, quæ de vi, metu, & dolo dicta sunt, vt relaxetur iuramentum, & nulli reddantur omnino eiusmodi actus, atque institutio maioratus ex huius renouationibus, aut etiam vt nulli iudicentur, etiam sine relaxatione iuramenti, si dolus interuenit.

42 Ex dictis tota hæc disputatio facile intelligitur, quousque ex legitimis debitis filijs, aut filiabus, valide institui possit maioratus, etiam sine regia facultate, renouantibus filijs, aut filiabus valide, aliquo ex tribus modis explicatis, integris suis legitimis, aut partii earum, vt inde maioratus instituitur, qui cedat, modis explicatis, in bonum totius familie, & ipsorum renouantium: qua de causa tanta multa de his renouationibus hoc loco dicta sunt. Item ex dictis hæc eadem disputatio facile patet, ex quot capitibus renouationes explicatae subsistantur calumnie, atque reuocationi, vel etiam vt pronuncietur fuisse ipso iure nullas, & in consequentiam, quousque calumnie, reuocationi, aut pronouationi fuisse ipso iure nullas, subsistant institutiones maioratum factæ vi iudicium renouationum. Aut vero Molina, vbi supra, num. 8. institutores maioratum ex legitimis filiorum, quod eiusmodi institutiones sine regia facultate firmiores sint, solere simul vt tribus generibus renouationum hæcenus explicatis. Et enim filij omnes, ex quorum legitimis maioratus instituitur, cum approbant in ipso actu institutionis, aut post illum institutum, in eoque consentiunt, pacifcenturque inter se, ex patris consensu, vt ita instituat ex ipsorum legitimis, aut ex partibus earum, promittentes se nunquam illi contrauenturos, illumve impugnaturos; renouant item patrem hæreditati, si iure legitimis portionibus, quatenus ea institutio illas contingit, promittentes, se nihil aliud ex testamento paterno, aut alia occasione, petiuros, quam quod ex suis legitimis remanserit, completa integrè ea in institutione, eaque omnia iuramento confirmant. Aut vero Molina, vt eiusmodi institutiones ex legitimis aliorum tutorum, & firmiores sint, solere obtineri à Rege facultate, & confirmatione. Cæterum nos disputatione præcedente conel. 4. & 5. exposuimus, quousque principes dispensare possint, vt eiusmodi institutiones ex legitimis alijs debitis fiat.

DISPVTV. 580.

MAIORATUS, QUI LEGALES, & QUI EX ALIORUM INSTITUTIONE.

SVMMARIVM.

- 1 Primogenia tempore legis nature, & scripte, consuetudine in Gallia, & in alijs prouincijs, legalia sunt.
- 2 Regnum maioratus est legalis regulariter loquendo, & ex quoque aliquando, & quibus ex causis, mutare liceat de modo regiminis, ac successus per nuntius statuto. Regulariter verò non licet.
- 3 Maioratus cum titulo, & alijs de bonis coronæ huius regni creati, licet aliquod de legalibus participant, simpliciter non legales, sed à Rege dicendi sunt creati.

Maiora-

- 4 Maioratus in Lusitania legi mentali subiecti, legales reuocari appellari possunt.
- 5 Idem de maioribus ex donatis ab Henrico II. in hoc regno creatis.
- 6 Maioratus instituti de bonis patrimonialibus, simpliciter non sunt legales, sed ex priuatorum institutione: licet quidam eorum aliquod de legalibus participant.

Vt vero ordinem initio disputationis 178. propositum, dicendum est de varia diuersorum maioratum productione, ac subsistentia in rerum natura; vnde varij maioratum modi, & qualitates sicut manifesti. Atque prærogatiue illæ primogenitorum, quæ primogenia, & primogenita dicuntur, de quibus initio disp. 177. dictum est, quasque locum diximus non habere in Hispanijs, esseque longe diuerfas ostendimus à maioribus Hispanijs, omnes erant lege statuta; & sunt hodie in Gallia, & in alijs prouincijs; aut cerè consuetudine vniuersali, pactoque vniuersali hominum earum prouinciarum, in quibus vigeabant, fuerunt introductæ, vt ex dictis disputatione citata facile constat: eiusmodi verò consuetudines vim habent legis. Quo fit, vt prærogatiue illæ, ac primogenita illa omnia legalia sint. His verò prærogatiuis ommissis, vt de solis Hispanijs primogenijs vniuersim dicamus. In primis regnum hoc Castellæ, & regulariter cætera regna, lege introducta sunt, ac prout maioratus legales dici possunt, hoc est, lege constituti, & creati, vt eam formam habeant, eoque modo in eis succedatur, quo res ipsa succedat. Id verò de hoc Castellæ regno satis constat ex dictis disput. 176. vbi ostendimus, abrogato tempore Pelagij antiquo more, qui Gothorum tempore vigeabat, creandi ac succedendi Reges per electionem, constitutum, à Pelagio consentiente reprobatione, fuisse, vt via generationis, modo ibi explicato, in eo deinceps succederetur; Regna etiam, & regimina varia diuersarum reipublicarum, ortum habuisse à lege ea de re lata, qua diuerse nationes ac prouincie communi consensu, modum sibi regiminis vnicuique proprium delegerunt, satis etiam constat ex dictis disput. 21. & 22. Quando verò multa regna ad eundem Regem deueniant, accidere id potest, vel successione hereditario iure eisdem Regis in multa regna, vel pacto, quo prouincia aliqua, aut regnum, dederit seu ultateri regno, vel iure belli. In primo euentu seruanda est forma, ac lex lata in primis eius regni creatione; neque fas est nouo Regi quicquam illius forme mutare, legemve illam aliquo modo transgredi, vt regimen vnius cum regimine alterius conueniat, aut aliqua alia de causa, nisi vel communi libero consensu sibi reipublicæ, vel ob delictum eius reipublicæ, aliquid in penam iustam mutet. Sic regnum Aragonie vnitum sibi regno Castellæ, matrimonio Catholici Regis Ferdinandi cum Elisabetha, seruataque semper fuerunt iura, seu iustas, quos vocant, eius regni, quousque rebellionis, & inobedientia reipublicæ Aragonie præteritis annis, non nihil de eis acerrimis iuribus in penam iustam fuit abolitum. In secundo etiam euentu, siue ea reipublica ex sola sua sponte se dedat alteri Regi, siue coacta timore potentie illius in causa dubia, num ad eum Regem pertineat, standum est pacto tunc inter eum Regem, & reipublicam illam inito, neque fas est Regi, absque eius reipublicæ libero consensu, vel absque iusta alia causa, quicquam de constitutis, in ea deditione mutare. In tertio denique euentu, integrum est Regi, qui bello iusto reipublicam aliquam sibi subiecit, vel nihil mutare de antiquo illius regimine, ac successione, vel mutare, quæ voluerit, eam omnino

1. d. d. d.

1. d. d. d.

1. d. d. d.

1. d. d. d.

1. d. d. d.

1. d. d. d.

1. d. d. d.

A quando regno, cui accedit, in qualitate, & modo regiminis, ac successione, vt fieri solet, aut aliquid diuersum relinquendo, vel statuendo: modo nihil fiat, quod diffonum à recta ratione sit, vel excedens iustam penam ob delicta commissa, vt ex hæc omnia satis perspicua sunt.

Molina lib. 2. de prim. cap. 2. num. 4. maioratus legales dici posse affirmat castra, & oppida, à principe concessa sub titulo Comitatus, Marchionatus, Ducatus, Principatus, aut sub alio simili. Quod intelligere videtur, quando in hoc Castellæ regno absolute absque aliqua restrictione, ac declaratione, quæ deuiet ab eisdem regni imitatione, concessa sunt. Confer verò tunc dici posse maioratus legales, quatenus (iuxta dicta disp. 176.) concessa reputantur; vt instat regni Castellæ, quod caput & exemplar cæterorum eiusdem regni maioratum esse cetera habeant, quando aliud non fuit expressum, ac proinde lex lata circa Castellæ regnum, à qua id regni legalis maioratus est, ad eiusmodi maioratus antiqua consuetudine sese extendit, quæ consuetudo vniuersa etiam habet legis. Hac eadem ratione dicere posset, maioratus reliquos sine titulo à Rege simili modo creatos, dici posse legales: eo quod, vt eadem disp. 176. dictum est, antiqua consuetudine eodem modo creati censentur, eademque lex ad eos etiam fide extendatur. Potius autem dicemus, eiusmodi maioratus participare id de legalibus maioribus, eatenusque dici posse legales maioratus; cæterum simpliciter dicendos esse maioratus principis institutione creatos: eum non lege sint creati, sed principis beneplacito ita tacite subiecti ei legi.

Longè verò maiori cum ratione maioratus Lusitanis legalibus subiecti, de quibus disput. 176. dictum est, dici possunt legales maioratus; præsertim quando bona coronæ regni, ex quibus consistant, à principio non fuerint cõcessa subiecta vinculo maioratus: tunc enim à lege illa mentali vincunt, tum quod maioratus sint, tum etiam quod eam peculiaris formam maioratus habeant: in qua multum deuiant à forma maioratus ipsius regni Lusitanis, aliorumque maioratum.

Idem, propter eandem rationem, dicendum est, de maioribus huius Castellæ regni constantibus ex rebus ab Henrico I. donatis, de quibus eadem disp. 176. dictum est, quam formam ex præscripto eiusdem Regis, ac ex lege Ferdinandi, ac Elisabethæ, & Philippus I. habeant.

In nouo orbe, præsertim in Perù, commenda instituta sunt, quæ ad primogenitos, illas obtinentiū, lege regia deriuantur. Eatenus autem dici possunt maioratus legales: & multo magis, si à principio lege tales commende institute sunt, si essent, & quibus conferenda essent, & vt ad primogenitos illorum deriuentur. Harum commendatarum mentionem fecit Molina, c. 2. citato, num. 6. maioratusque legales illas appellat, additque temporales esse. Nullam verò maiorem notitiam de illis lucetque habeo.

Maioratus autem tertij generis, de quibus disp. 176. dictum est, quantum legibus permittentibus, fiant ac creentur, quia tamen, non à lege, sed à priuatis pro suo arbitrio instituantur, non legales sunt appellandi, sed ex priuatorum institutione, vt ex se est satis perspicuum. Quatenus tamen in hoc Castellæ regno, si ab habente descendentes, & in eorum defectum, ascendentes, & his deficientibus, collaterales, vt disput. 176. dictum est, vti que eatenus participant de maioribus legalibus, vocarique possunt legales maioratus: simpliciter tamen legales non sunt, sed ex priuatorum institutione.

De Maioribus titulo Comitatus, Marchionatus, aut alio simili, a principibus institutis, quantum perpetuitatem, ac indiuiduitatem, quoad titulos ipsos, & res quibus sunt annexi, habeant.

SVMMA RIVM.

- 1 An si castrum, aut oppidum, concedantur perpetuo alicui, & descendenti eius cum dignitate Comitatus, Marchionatus, aut alia simili, id castrum, aut oppidum, maioratus fortitiam, an vero sit diuidendum inter descendentes. Et argumenta ponuntur, quod sit diuidendum.
2 Tale castrum, aut oppidum rationem maioratus in Hispaniis fortitiam, neque est diuidendum.
3 Dignitas Comitatus, Marchionatus, & similes, variis modis concedi possunt.
4 Dignitas eadem simpliciter sine alia expressione concessa ex parte cuius, cui conceditur, nisi princeps illam proferat ad successorem. Censetur vero eam prorogare, si illam verbo, aut scripto, nomine eius dignitatis appellat. Sic eam princeps concessit alicui, filio illius, ac nepoti, nisi defuncti is exirat.
5 Dignitas eadem concessa alicui, & suis descendenti, transit ad omnes, ad quos iuxta formam concessionis se extendit. Et transit indiuisa ad primogenitum iuxta limites concessionis, tanquam maioratus. Alicubi est consuetudo, vt licet ad vnum solum transeat, omnes tamen descendentes nomine eius dignitatis nuncuentur.
6 Si eam eadem dignitate oppidum, aut aliud territorium donetur accipienti, & successoribus, dignitas, & territorium iure maioratus deriuantur in perpetuum in ista regione. Et vtrumque in Lusitania legitimali est subiectum, nisi concedatur ab illa exemptum.
7 Dignitas eadem si alicui concedatur in titulum in aliquo suo oppido, aut oppidi liberis, partibilia manent ea oppida, & dignitas exspirat in eum, cui fuit concessa, nisi aliud sit expressum.
8 Oppida si donentur alicui, & successoribus, cum titulo alicuius ex his dignitatibus solum illi ad vitam concessa, oppida maioratus non sunt, sed partibilia, etiamsi filius eandem titulum obtineat. In Lusitania secus res habet.
9 Multa oppida si similiter concedantur, cum dignitate sibi, & successoribus in vno eorum non aliud exprimendo, id solum oppidum fortitiam rationem maioratus, reliqua vero partibilia sunt. In Lusitania vero omnia maioratus rationem subeunt.
10 Dignitas si concessa sit cum oppidi titulo feudali, maior natus succedit in dignitate. Et oppidum, esto partibilia sint quoad commoditatem, soluendo legitimas fratribus in alijs bonis, aut ex sola oppidorum commoditate. Secus res habet extra feudalia.
11 Argumenta soluntur.

Occasione eorum, quæ de eiusmodi maioratibus disputat, præcedente dicta sunt, & vt intelligatur, quales in reum natura producti ex principum institutione sint censendi, quod propositum est, erit hoc loco examinandum, an eorum ad maioratus, ex priorum institutione productus, gradum faciantur. Licet ex dictis disput. 176. & 177. facile intelligi possit, maioratus omnes Hispaniarum, quando aliud non fuit expressum, perpetuos esse, bonaque, quibus constant, inalienabilia esse, minimèque conferenda,

A atque indiuidua, & integra ad vnicum in illo successorem pertranfire, qui regulariter est institutor, vel vltimi possessoris, primogenitus, quando is datur, & aliud ipsa maioratus institutione non fuit dispositum; id quod testatur regni ipsius institutio, ad cuius exemplar maioratus alij in Hispaniis censentur instituti, & antiqua consuetudo, ac finis, ad quem instituntur, vt scilicet familiarium dignitas, ac memoria perpetuo in eis conseruetur, quæ omnia cum plerisque alijs, quos citat, affirmat Molina, lib. 1. de primogen. cap. 1. à num. 1. Licet, inquam, hæc ita sint, concertatio tamen non modica fuit inter Hispanos iurisperitos, vt cum, quando princeps alicui, libi, & suis descendenti, perpetuo concessit castrum, aut oppidum, cum titulo Comitatus, Marchionatus, Ducatus, aut alio simili, id castrum, aut oppidum, possideri debeat ab eo, & a successoribus illius, iure maioratus, ita vt integrum, atque indiuiduum debeat semper deuenire ad primogenitum, an vero nõ debeat possideri iure maioratus, sed inter descendentes sit diuidendum portionibus æqualibus, pèrinde atque cætera bona vltimi possessoris libera.

Rodericus Suarez, l. quoniam in prioribus, limit. 11. insertis ibi, quæ ea de re dixerat citat. Comitatum de Valencia, circa quem de ea contentio ista agebatur, a seuerat. Quando familia bona titulo Comitatus, Marchionatus, aut alio simili, eo modo conceduntur, neque aliud exprimitur, censenda esse bona libera, diuidenda inter descendentes. Dicitur primo, quoniam bona omnia libera præsumuntur, ac sunt censenda, non vero vinculo maioratus subiecta, nisi ex scriptura maioratus aliud ostendatur, argumento textus, cap. 1. §. inter filij, & §. de finitio, si descend. defuncti. content. vbi affirmant Baldus & alij, ergo, nisi aliud exprimitur, castrum illud, aut oppidum, liberum esse reputandum. Secundo, quoniam dignitas Comitatus, Marchionatus, Ducatus, & similes, non transeunt ad hæredes, sed vna cum vita eius, cui primò conceduntur exspirant, nisi à principe idem successori concedantur, vt constat ex cap. 1. in princ. de feudo Marchie ex cap. 1. in fine, de alien. feud. & ex l. 6. in fi. tit. 26. par. 4. Vnde idem Roder. Súar. vbi supra ait, in hoc Castellæ regno, antiqua consuetudine fuisse seruatum, vt mortuo Comite, Marchione, aut Duce, eius modi dignitates exspirent, nec possint successoribus eius titulis appellari, nisi Rex eisdem dignitatibus eis confirmet. Quare, cum eiusmodi dignitas, mortuo primogenito concessa est, exspiret, neque ad hæredes transeat; consequens est, vt castrum, aut oppidum, in perpetuum eis, & descendenti, concessum eum eo titulo, & dignitate, ad hæredes, tanquam bonum liberum, transeat, inter illos æqualiter diuidendum.

Tertio, quoniam quantum dignitates, Comitatus, Marchionatus, & similes, ad hæredes transeunt, bona tamen cum eo titulo, ac dignitate à principe concessa, diuidenda esse inter hæredes, licet enim cap. imperialium, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Federic. statuat, feuda Ducatus, Marchionatus, & similia, diuidenda non esse, in re tamen proposita sermo nõ est de bonis feudaliibus, sed de bonis allodialibus, hoc est, ita liberis, vt dictum eorum dominium ad alterum nõ spectet, quæ iam in Hispanijs sunt bona, etiam maioratus subiecta: quare, quæ, præterea Ducatus, & similia, circa res feudales, extendenda non sunt ad res alias.

Quarto, quoniam licet, præterea Ducatus, extendendus esset ad bona in Hispanijs maioratus subiecta; ex eo tamen, quod bona, de quibus agimus, cum titulo dignitatis concedantur, non sequitur esse bona maioratus subiecta. In primis, quoniam eiusmodi bona alicui, & successoribus illius, conceduntur;

Quæst. 1.

Argumentum primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

tur: in quo euentu, etiam feudalia bona Ducatus, Marchionatus, aut Comitatus, similiter concessa, essent inter filios diuidenda, nisi expressè sub ea conditione à principe essent concessa, vt in eis solus primogenitus succederet, vt in eo §. notat Hernia, quæ sequitur Alexard, & Tiraquel, qui plures alios eiusmodi sententia auctores refert. Deinde, quoniam nulla est hæc consuetudo, hæc bona non diuiduntur, eò quòd titulo Ducatus, aut Marchionatus sunt subiecta, ergo in eis succedere debet solus primogenitus, ita vt neque commoditas eorum inter filios omnes sit diuidenda. Etenim, quando feudum aliquod cum titulo Marchionatus, aut alio simili alicui, & descendenti, conceditur, quamuis nec dignitas diuidatur, eò quòd indiuidua sit, & deueniat ad solum primogenitum, nec ratione dignitatis, diuidatur bona hoc eo titulo concessa, vt habetur, §. præterea Ducatus citato; commoditas tamen eorum inter omnes filios diuiditur, vt Bald. ibidem, & plerique alij affirmant.

Contra tamen sententia in euentu, de quo est sermo, & in causa illa Comitatus de Valencia, fuit communis iuris peritorum Hispanorum, eamque sequuntur Ant. Gom. l. 40. Tauri, num. 12. & Molina, lib. 1. de primogen. cap. 11. à num. 16. & satis constantia loquitur Greg. Lop. l. 2. tit. 1. par. 2. glo. 1. tametsi, quod iud ex fueri in causa illa, & adhuc lis pèderet, subiungit, non plura ea de re dicere, & l. 6. tit. 26. par. 4. glo. vlt. subiungitque Molina, vbi sup. num. 2. iuxta eam fuisse iudicatum in supremo Pin ciano senatu in eadem causa Comitatus de Valencia. Atque in Lusitania nullum ea de re poterat esse dubium: quando quidem, vt disp. 176. ex l. mentali restatum est, in eo regno, eo ipso, quòd bona aliqua ex regni corona donata sunt, fortuntur ratione maioratus, qui indiuisus omnino debet deuenire ordine ibi præscripto ad solos descendentes masculcos vltimi possessoris.

Vt vero dilucidius res intelligatur, Dignitas Comitatus, Marchionatus, Ducatus, aut alia simili, vel cõcedi potest ipsa sola quoad officia, munus, seu administrationem finis territorij, quòd simul concedatur ac donetur, cuius sit ea dignitas ac titulus: vel potest concedi vna cum territorio, cuius sit dignitas ac titulus. In priori euentu potest ad hæc altero de duobus modis concedi. Vno, simpliciter. Altero vero, exprimendo, quòd pro se, & suis descendenti, ac successoribus concedatur. Quando simpliciter eo modo conceditur, tunc morte eius, cui fuit concessa, exspirat, nec transit ad primogenitum, aut ad alios filios, vel hæredes illius, nec proinde potest primogenitus ea vti, aut ex illa nominari, sine noua principis concessionem. Atque id est, quòd habetur ac disponitur, cap. 1. in princ. de feud. Marchie, & communiter ibidem doctores notant, & affirmat Molina, cap. 1. citato ad finem, num. 21. satis tamen est, si princeps post mortem eius, eum fuerat concessa, successorem illius literis, aut verbo, ex certa scientia appelleret nomine eius dignitatis, puta Comitem, Marchionem, aut Ducem, vt cõcedatur eam illi de nouo concedere, vt cum Bart. & plerisque alijs, quos citat, affirmat ibidem Molina, nu. 22. iuxta l. 1. C. de sententiam passis. Quamuis autem lex illa non multum id probet; consuetudine tamen id in Hispanijs est receptum. Quando tamen eiusmodi aliqua dignitas à principe alicui de nouo conceditur, confici solet ea de re instrumentum, seu priuilegium. Quòd dictum est, quando ea dignitas alicui simpliciter conceditur, dicendum similitur est, quando exprimitur, quòd ei soli concedatur. Id enim quod suo modo est dicendum, quando alicui conceditur sibi, filio, aut etiam nepoti, nempe, fructus vltimis horum omnium, exspirare dignitatem, nisi iterum

de nouo vltiori successori à principe concedatur, Atque dum aliquo horum modorum dignitas in Lusitania conceditur, appellatur concessa de merce, & non de iure.

Quando autem aliqua eiusmodi dignitas conceditur, exprimendo concedi alicui, & suis descendenti, ac successoribus, tunc transit ad omnes, ad quos iuxta formam priuilegij, sese extendit concessio, atque in Lusitania dicitur concessa de iure. Cæterum ea dignitas perpetuo manet indiuisa, etiam in feudum sit concessa, vt constat ex cap. imperialibus, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder. vbi, ratione dignitatis, diuidi prohibetur res feudales, cui tanquam titulus est annexa, & transit vero ad solum maiorem natu eorum, qui ad eam, iuxta formam concessionis, vocantur: regulare quippe est, vt, quando res est indiuidua, vnusque tantum ex successoribus deuenire ad eam debet, is sit maior natu ex descendenti, aut ex alijs proximioribus in gradu, deficientibus descendenti vltimi possessoris, vt cum Pan. in re proposita de eiusmodi dignitatibus, capit. licet, de voto, num. 6. & 9. cap. prudentiam, in princ. nu. 13. de offic. iud. del. & conl. 3. par. 2. & cum eorum muni doctorum sententia, quam refert, affirmat Molina, cap. 11. citato, num. 9. & filius, num. 24. Vbi tamen consuetudo viget, vt filij omnes Ducis, Marchionis, aut Comitatus, nomine eius dignitatis nuncuentur, vt in Germania & Italia, Molina, vbi supra, num. 27. ex Oldrado, & alij vigeret refert, illi est standum: in Hispanijs vero nunquam ea consuetudo inoleuit.

Quando vero simul cum dignitate conceditur, ac donatur territorium, seu castrum, aut oppidum, vel oppida, quibus, tanquam titulus, sit annexa, & quæ transeant ad filios, tunc, etiam, non exprimitur, dignitatem donari sibi ac successoribus, non exspirat ea dignitas morte eius, cui fuit concessa, sed transit ad successores, modo paulo antea explicato. Ita cum Hernia, Greg. Lop. l. 2. tit. 1. par. 2. glo. 1. & l. 6. tit. 26. par. 4. glo. vlt. & Molina, cap. 11. cit. num. 19. Et in hoc euentu, communior iuris peritorum Hispanorum sententia, & cum eis Ant. Gom. l. 40. Tauri, num. 12. & Molina, vbi supra, à num. 16. & 26. censent, etiam territorium, castrum, aut oppidum, ita in perpetuum concessa, censenda esse concessa iure maioratus, vt indiuisa transeat ad primogenitum, modo explicato. Quoniam dignitas cum territorio censenda est concessa in Hispanijs in ista primi, & supremi maioratus, nempe regni, vt membra capiti respondeant. Et quoniam ea videtur esse mens principis concedentis, & ita expedit principi: tum ad splendorum, & ornamentum suæ reipublicæ, atque vt memoria magnificentie ipsius æliis conseruetur: tum etiam, vt melius ea bona vnica conseruentur, atque pro illorum magnitudine, qui ea accepit, ipsorumque descendentes, seruient Regi, præsertim in bello, vt in Hispanijs antiqua consuetudine eiusmodi donatarij de bonis corona regni, seruire Regi tenerentur: tum denique quoniam nunquam audientium fuit in Hispanijs, bona, licet ampla, illo modo cum titulo dignitatum similium concessa, diuisa fuisse inter liberos, tanquam bona parentis libera, sed perpetuo reparata sunt bona, maioratus vinculo alligata: standum vero est antiquæ consuetudini. Et quidem in Lusitania non potest esse ea de re dubium: eò quòd omnia bona à principe de corona regni donata, eo ipso censentur vinculo maioratus ligata iuxta legem mentalem, de qua disp. 176. habitus est sermo. Et idem, dicendum est de donatis in hoc Castelle regno ab Henrico II. iuxta ea, quæ ibidem dicta sunt. Imò vero, si quæ donentur à principe de corona regi Lusitani, cum titulo in eisdem rebus Comitatus, Marchionatus, aut Ducatus, donatariorum,

&

(tametsi aliud intendens) cum, qui duplici iure, seu facultate, aliquod totum efficere potest, partem vna facere vno iure (præferuntur communi, si id sibi expediret sibi) seu facultate, & parte alteram, ad quam non se extendit ius commune & sibi vtilius, alio iure, seu privilegio ac peculiari facultate à Rege impetrata; imò verò ita censendum esse fuisse effectum. Quo fit, vt qui facultatem à Rege petit ad maioratū instituendum, quem sine illa, aut omnino, aut ex parte, potest instituire, idque firmius & melius, quam ex regia facultate, non censatur illam petere ad suā facultatem enervandam, sed præcisè ad suam adiuvandam, & ad id se extendendum, ad quod, vel ex sua sola non potest, vel non ita firmiter & vtiliter, atque accedente principis facultate, neque aliud sit censendus intendere, quando vtraque prædicit facultate maioratum instituit. Quare, vt bene loco citato ait Greg. Lop. qui obtemperat regia facultate, maioratum instituit, quem omnino, aut ex parte, poterat sine ea facultate instituire, in rigore, vt institutio sit firmiter, necesse non habet apponere clausulam, quod intendit vt iuris facultate, prout fuerit vtilius, vt institutio melius conferretur, & maiores vires habeat; eo quod sine ea clausula ita est censendus institutus; sed solum ad maiorem cautelam, propter subtilitates aliquorum cauillationes. Neque enim valet hæc conuentionis, maioratus institutio, quatenus pendet à facultate regia, subiacet consuetudini ex tribus criminibus explicatis, quia Rex non aliter concedit facultatem ad maioratus institutos, itemque facilius potest princeps ecedere facultatem ad alienandum bona, quæ vinculo maioratus ex ipsius facultate sunt alligata, quam si sine ea facultate essent similiter alligata, quoniam qua potestatem ea alligat, potest illa dissolueret: ergo, quando maioratus institutus fuit prævia regia facultate, eadem locum habebant quoad ea, quæ simul interueniente propria facultate, & ad quæ sola propria facultas sufficiens fuit, vinculo maioratus alligata sunt: neque enim ea dependenter à regia facultate, vinculo maioratus sunt alligata, sed solum assistente regia facultate, minimè quæ vires auferent à propria institutoris facultate, virtute eiusdem propriæ institutoris facultatis maioratus vinculo alligata sunt; ac proinde non desunt habere tãtam vim ac firmitatem, quãtam haberent, si minimè assistente regia facultate, per propriam institutoris facultatem eodem vinculo alligarentur: quare non probò contrariam Molinæ sententiam, quam aperte vbi supra innuit.

Hinc ad questionem, quam Molina, vbi supra, num. 13. excitat, nempe, si ab eo, qui regiam ad maioratum instituendum habebat facultatem, maioratus sit institutus, vtrum censendus sit, cum instituitur ex regia facultate, an verò ex propria iuxta commune ius. Hinc, inquam, ad hanc questionem, non solum est dicendum, vt Molina dicit, censendum esse institutum ex propria facultate, ac iuxta ius commune; eo quod id melius & vtilius instituenti sit; modo tamen, vt subiungit, non fuerit necessaria ad eum illo modo instituendum regia facultate; quia tunc arbitrandum est, cum instituitur ex regia facultate,

1. **Majoratus de bonis patrimonialibus, siue propria auctoritate, siue regia facultate, sit vltima voluntate, aut contractu inter viuos institutus, reuocari in totum potest dum institutor viuit, & in quibus euentibus institutus contractu inter viuos reuocari non possit.**
 2. **Melioratio reuocari potest dum qui eam fecit, viuit, exceptis nonnullis euentibus quando contractu inter viuos fuit facta.**
 3. **Majoratus, & melioratio, vltima voluntate instituta, reuocari non possunt, si princeps suam auctoritatem interposuit, vt irrevocabiliter fierent. Si institutor iuramento se abstinent ea non reuocare, per iurum est, si ea reuocet, & ad interesse tenetur.**

A setur factus iure communi, quàm particulari ac privato: & quoniam regia facultas in facto consistit, quod non præferuntur, nisi probetur. Quando autem maioratus ex immemorabili præscriptione probatus, consistere non potest quoad aliquod, nisi ortum habuisset à regia facultate, tunc, quoad id, institutus iudicatur ex regia facultate: quoniam, quando immemorabilis præscriptio ad eam, præferuntur à principio interuenisse omnia necessaria ad titulum & legitimam possessionem, vt ex cap. 1. de præscript. lib. 6. disp. citata dictum est, & contentur capit. super quibusdam, §. præterea, de verb. signific. seclusa autem necessitate præiudicij, vt maioratus consistere possit, multo melius est sine præiudicio, ac facultate regia esse maioratum institutum, quam ex regia facultate, ac præiudicio, ac proinde maiorem vim habet tunc sola præscriptio, quàm præiudicium. Imò verò in rebus, in quibus præscriptio, .o. infra immemorabilem sufficit, præstantior est præscriptio ac firmiter, quam præiudicium; quod principis voluntate, qua fuit concessum, potest reuocari, vt cum Innoc. & alijs, rectè Molina, vbi supra, num. 20. ait.

Quæ hæcenus dicta sunt de confirmatione maioratus ex tribus criminibus, si institutus sit ex facultate regia, non videntur esse in vltima Lufitania, neque sub ea conditione facultas illa videtur fore concedi. Quinto enim lib. ordinationum, tit. 3. §. 1. c. de crimine lesa Maiestatis sit fermo, sic habetur. *Et que en qualquier dos ditos casos comete se tratam, se tener beens de morgado, ou feudo, ou foro, que de uenher vnu per geracum descendente, ou andam em peffoas, se elle per iusticia morrer, non auera o fisco os ditos beens, mas auelos à aquelle a quem por bem da iusticia em el condicam do seu feudo, morgado, ou a foramento pertencerem.* E fugundo o dito culpado da terra, de manera que se non possane le comprir a pena da iusticia: em tal caso auera o fisco os ditos beens en quanto viuer o dito culpado, pois que os elle non pode auer po la maldade que cometeo, e morto elle, os auera aquelle, a que de reueto pertencerem, segund o forma da tal ordenanca e iusticia cam de seu contrato, sem os mais auer o fisco por racam da dita maldade. Paragapho tamen sequenti subiungitur, si feudum, aut maioratus, vel emphyteusis, essent de bonis coronæ regni, tunc confiscari atque redire ad coronam regni, vt de eis disponat Rex, vt sibi libuerit.

DISPV. 583.

Majoratus, ac melioratio, tum vltima voluntate, tum etiam contractu, fieri possunt. Et quando reuocabiles sunt ab institutore, interim dum viuit: quando verò irrevocabiles.

SVMMA RYVM.

1. **Majoratus de bonis patrimonialibus, siue propria auctoritate, siue regia facultate, sit vltima voluntate, aut contractu inter viuos institutus, reuocari in totum potest dum institutor viuit, & in quibus euentibus institutus contractu inter viuos reuocari non possit.**
 2. **Melioratio reuocari potest dum qui eam fecit, viuit, exceptis nonnullis euentibus quando contractu inter viuos fuit facta.**
 3. **Majoratus, & melioratio, vltima voluntate instituta, reuocari non possunt, si princeps suam auctoritatem interposuit, vt irrevocabiliter fierent. Si institutor iuramento se abstinent ea non reuocare, per iurum est, si ea reuocet, & ad interesse tenetur.**

Ius Lusitanum.

4.

4. **Majoratus vltima voluntate institutus, vt sit validus, indiget solemnitate eius vltima voluntatis, in qua est institutus.**
5. **Instituto maioratus à parente per viam diuisionis hereditatis (non honorum inter liberos, esto facta per viam contractus, vni vltima voluntate habet, vt valeat, esto inter liberos sui filij familias, & vt reuocari possit: non verò vt requiratur solemnitas vltimæ voluntatis.**
6. **Majoratus hoc modo simpliciter institutus, si habeat solemnitatem sufficientem in hoc regno ad contractum, & non ad vltimam voluntatem, contractum censetur institutus: nisi constet institutorem vltimam voluntatem intendisse.**
7. **Majoratus similiter institutus ab vxore sine viri consensu, & à minore sine curatoris consensu, & iudicis decreto, si habeat solemnitatem ad vltimam voluntatem sufficientem, censetur vltima voluntas, vt valeat.**
8. **Majoratus per viam contractus irrevocabiliter institutus, nihil de vltima voluntate participat.**
9. **Majoratus contractu reuocabiliter institutus, vna cum donationibus reuocabilibus (donatione causa mortis excepta), ad mediam speciem inter vltimam voluntatem, & contractum merè inter viuos spectat. Quoad creationem & initium, sequitur conditiones contractus, & quoad reuocabilitatem, naturam vltimæ voluntatis.**
10. **Majoratus siue reuocabiliter, siue irrevocabiliter sit institutus, eius inscriptionem non indiget, quando quingentos solidos excedit.**
11. **Melioratio in hoc regno valida est, facta in testamento, in quo aliquis inuult sit præteritus. Potest etiam melioratus acceptare meliorationem, & repudiare hereditatem.**
12. **Melioratio facta irrevocabiliter, contractus est merè inter viuos: facta autem contractu reuocabiliter, pertinet ad mediam speciem inter contractum & vltimam voluntatem. Vt vicius modo facta ob causam, inscriptionem non indiget: ea verò indiget, facta non ob causam.**
13. **Donatio quinti facta extraneo contractu, statim est irrevocabilis, etiã si non ex causa onerosa facta, neque sit facta à tradidit. Si sit simplex, inscriptionem indiget. Si ea donans interstabilis reddatur, est nulla.**
14. **Eadem de donatione ex quinto facta à defuncto, qui non sit in potestate donantis, dicenda. Si facta sit filio sub potestate constituto, vt sit valida, necessaria est traditio, reuocarique potest.**
15. **Majoratus si ex quinto extraneo sit institutus donationis contractus, aut descendens, siue in potestate constituto, siue non potest reuocari, nisi aliquod interueniat inde iuxta l. 44. Tauri reuocari non possit.**

Majoratum fieri posse pro arbitrio instituentis, tam vltima voluntate, quàm contractu inter viuos, quando ex regia facultate instituitur, ex eo constat, quod, vt Molina lib. 2. de primog. c. 2. nu. 22. refert, in omnibus regijs facultatibus, quæ ea de re conceduntur, hæc verba apponi solent. *Os damos licentia y facultad, para que en nuestra vida, o al tiempo de nuestra muerte por nuestro testamento, o por primera voluntad, por via de donacion entre viuos, o por causa de muerte, o por otra manera institucion, o por otra qualquier via de disposicion, &c. c.* Possit etiam institui maioratum, tam ex regia facultate, quàm ex propria, lege permilla, vel vltima voluntate, vel contractu inter viuos, pro arbitrio instituentis, & semper esse reuocabilem ab eo interim dum viuit, exceptis quibusdam euentibus ibidem explicatis, habetur l. 44. Tauri, que est l. 4. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. & in hunc modum habet. *El que hiziere algun mayorazgo, aunque sea con auoridad de nuestros, o de los Reyes que de nos nueren, o a por via de constra-*

Ato, ora en qualquier vltima voluntad, despues de hecho pueda lo reuocar a su voluntad. Saluo, si el que lo hiziere por contrato entre viuos, ouiere entregado la possessio de la cosa, o cosas contenidas en el dicho mayorazgo, o a la persona en quien lo hiziere, o a quien su poder ouiere; o le ouiere entregado la escriptura dello ante escriptano: o si el dicho contrato de mayorazgo, le ouiere hecho por causa onerosa con otro tercero, assi como por via de cañamiento, o por otra causa semejante que en estos casos mandamos, que no se pueda reuocar. Saluo si en el poder de la licencia, que el Rey le dio, estuuiere clausula, para que despues de hecho lo pudiere reuocar, que al tiempo que lo hizo el que lo instituyo, referuase en la mesma escriptura en que hizo el dicho mayorazgo, el poder para lo reuocar: que en estos casos mandamos, que despues de hecho lo pueda reuocar. Vbi vides, maioratum semper esse reuocabilem ab institutore dum viuit, nisi institutus sit contractu inter viuos, & institutor tradat possessionem rei, aut rerum, quibus constat maioratus, persone in qua eum instituit, aut alteri, qui facultatem ad id ab eo habeat; vel institutionis instrumentum ante tabellionem illi tradat, aut si institutio facta sit ob causam onerosam cù aliquo tertio. Et nihilominus, etiam in his tribus euentibus, posse ab illo reuocari, si vel in facultate à Rege ad eum maioratum instituendum concessa, appositâ sit clausula, quod post institutionem possit illum reuocare, vel si institutio instrumentum ipso, in quo maioratum instituit, sibi reseruat facultatem ad eum reuocandum.

Bedem modo melioratio in tertio alicui descendendum fieri potest, vel per vltimam voluntatem, vel contractu inter viuos, pro arbitrio instituentis, & est reuocabilis ab eo interim dum viuit, nisi in similibus alijs tribus euentibus, excepto, si melioratus sibi in eis euentibus in eodem contractu reseruat facultatem eam reuocandi, aut nisi eueniat causa, ex qua donatio perfecta, ac rite facta, possit reuocari. Ita habetur l. 17. Tauri, que est l. 1. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. & sic habet. *Quando el padre, o la madre, meliorare a alguno de sus hijos, o de descendies legitimos, en el tercio de sus bienes en testamento, o en otra posterior voluntad, o por otro algun contrato entre viuos, para el hijo esse en poder del padre, que hizo la dicha melioracion, o hasta la hora de su muerte la puede reuocar quando quisiere. Saluo, si becha la dicha melioracion por contrato entre viuos, ouiere entregado la possessio de la cosa, y cosas en el dicho tercio contenidas a la persona a quien la hiziere, o a quien su poder ouiere, o le ouiere entregado ante escriptano la escriptura dello, o el dicho contrato se ouiere hecho por causa onerosa a otro tercero, assi como por via de cañamiento, o por otra cosa, que segun le yes de nuestros reynos, la puede reuocar perfecta, y con derecho bechas, se puede reuocar.*

Dicitur autem his duobus iuribus corrigatur ius commune, tam quoad donationes simplices filijs familias à parentibus, in quorum potestate sunt, quàm quoad simplices donationes factas, vel filijs emancipatis, vel filijs non emancipatis, comparatione eorum parentum, in quorum potestate non sunt (quod idem intelligendum esse comparatione extraneorum, si in aliquo eorum instituat maioratus, de quo l. 44. Tauri est fermo) disp. 243. & disp. 291. dictum est.

Ex l. 44. Tauri relata, facit constat, exceptis tribus euentibus explicatis, maioratum, siue vltima voluntate, siue contractu institutum, posse ab institutore dum viuit, reuocari, non solum quoad substantiuas & vocationes, sed etiam integre, ita vt bona maneat profuis liberata, vt antea erant quod Molinæ de primog. cap. 2. nu. 11. rectè aduertens Peraltâ affirmat,

firmat, qui perperam, & absque vilo fundamento asseruit, reuocari solum posse quoad substitutiones & vocaciones, non verò in totum.

Molina ibidem num. 2. iuxta Bartoli & communem doctorum sententiam, quod testamentum, etiam si iuramento promissorio de illo non reuocando, praestito haeredit, sit confirmatum, possit nihilominus licet pro libito testatoris reuocari, quam copiose ac dilucide disputat. 1. impugnamus, conuenienter asseruit, maioratum testamento, vltimave voluntate institutum, esto confirmatum sit iuramento de illo non reuocando, praestito persona, in qua instituitur, posse nihilominus licet pro libito in libertate reuocari. Addit cum alijs, quos citat, neque si princeps suam auctoritatem interponat ad petriorem institutores maioratus in vltima voluntate & eius, in cuius persona instituitur, vt talis maioratus sit reuocabilis deinceps sit posse nihilominus institutores liberè eum reuocare, reuocationemque tunc validam esse. Nos verò, iuxta ea quae disputacione citata, copiose dicta sunt, asserimus. Quamuis maioratus (idem de melioratione intellige) vltima voluntate institutus, si nec praedictum iuramentum, nec praedicta illa principis auctoritas interueniat, possit pro libito valide ac licet reuocari si tamè praedicta principis auctoritas interueniat, inualidè reuocari: si verò interuenit iuramentum illud incurere lethale peccatum perijurij, institutorem, qui illum reuocare attentauit, tenetque, tam ipsum, quam haeredit ipsius, ei, cui praestitum est iuramentum, ad interesse. Et quoniam vtrunque satis perspicue ac fuse disputacione citata ostendimus circa haereditis institutionem, eademque est ratio de maioratus institutione vltima voluntate, nihil aliud addendum hoc loco hac de re diximus.

Quando maioratus testamento, aut alia vltima voluntate, instituitur, tanquam ea ipsa vltima voluntas reputanda est talis institutio, ac proinde requirit solemnitates eius vltima voluntatis, in qua sit: quod verum affirmat Molina lib. 1. de primog. ca. 2. nu. 2. etiam si in ea institutione verba aliqua adhibeantur, quae donationem, ac proinde contractum praesentant; eò quod ea verba iuxta materiam subiectam accipienda sunt: praesertim in institutione maioratus, quae ob sui reuocabilitatem, etiam si in contractu fiat (exceptis tribus euentibus explicatis) multum de natura vltima voluntatis participat.

Idem author lib. 1. ca. 1. citato. nu. 4. subiungit, si maioratus a parente per viam diuisionis haereditatis seu bonorum suorum inter suos liberos fiat, vt frequenter fieri solet, relinquando primogenito certa quaedam bona iure primogeniturae, & reliqua diuidendo inter alios filios, tunc, esto is maioratus & ea bonorum distributio per viam contractus fiat, habeat vim vltima voluntatis: quod intelligendum est, ad effectum vt, (etiam de iure communi) valeat ea in fuitio & partio, esto inter eos liberos sint aliqui filij familias comparatione distribuentis ea bona, & vt reuocari possit pro libito instituentis ac diuidens ante ipsius mortem, nec confirmetur, nisi morte instituentis vt diuidens: non verò ad effectum, & requirit ad sui validitatem solemnitates vltimae voluntatis, nec sufficit solemnitates contractus: cum enim verè sit contractus, & per viam vltimae voluntatis, ad illius validitatem sufficit solemnitas ad validitatem contractus necessaria. Quod autem, etiam de iure communi, contractus ille vim supremi iudicij, hoc est, vltimae voluntatis habeat quoad praedicta, colligitur aperte ex. l. si filia. §. si pater. ff. famil. hercif. ex. l. vlt. illis verbis: *sive quocumque modo scripserit*. C. eod. tit. conferunt. l. parentibus. C. de in offic. test. & alia iura, atque stando in solo iure communi, affirmat commu-

nis sententia, quam Molina lib. 1. ca. 1. citato. nu. 9. atque etiam a nu. 1. referat ac sequitur.

Neque obstat, si quis dicat, maioratum inter descendentes hoc modo per viam diuisionis bonorum institutum, videri quendam legitimam deputationem a parente in vita faciam, quae de iure communi statim valet, etiam si a patre filio in eius potestate constituto fiat iuxta. l. si non mortis, in princ. ff. de inofficio. test. quam Angel. ibi & alij, iuxta eum textum affirmant, non posse vltimae reuocari postquam facta est. Non, inquam, id obstat. Primo, quoniam, vt Ant. Gom. l. 17. Tauri. nu. 4. Molina vbi supra. n. 6. & alij, quos citant rectè asserunt, falsum est, nò posse eam legitimam deputationem ac donationem femel filio familias factam, reuocari: contrarium quippe habetur expresse, l. cum bonis. C. de donat. vt optimè Ant. Gom. nu. 3. citato ait. Secundo, quoniam, vt Molina vbi supra subiungit, esto id gratis daretur, secus tamen res habet, quando omnia bona inter liberos diuidentur, etiam pro legitima: quoniam id vim vltimae voluntatis obtinet ad effectum, vt interim dum is parens viueret, possit ab eo reuocari. Tertio, quoniam si similiter gratis, id daretur, quòd sola legitima traderetur, eò quod esset quasi debiti solutio: secus tamen res habet, quando in reuocaret melioratio: quoniam id non esset debiti solutio, ac proinde reuocari opinè possit.

Quando autem maioratus institueretur a parente eodem modo per viam quidem diuisionis bonorum inter liberos, ceterum simpliciter, neque exprimentes, quòd per vltimam voluntatem, neque quòd per viam contractus, tunc longè maiori cum ratione obtineret vim vltimae voluntatis quoad effectum explicatos, vt scilicet reuocari possit interim dum instituentis viueret, nec confirmaretur nisi mortis illius, etiam stando in solo iure communi: vt rectè Molina. cap. 1. citato. nu. 22. affirmat: quoniam si etiam quando ex presse instituitur, per contractum vim habet vltimae voluntatis quoad eos effectus, longè maiori cum ratione eandem vim habebit si simpliciter instituitur, nullo existente peculiari iudicio, quòd per viam contractus institui intendatur: quod, praeter iura citata, confirmatur ex. l. quoties. C. famil. cret. l. c.

Dubium tamen emergit, vt rursus tunc censeri debeat institutus omnino per vltimam voluntatem: & ita vt requirat solemnitates necessarias ad vltimam voluntatem, alioquin valida non sit institutio: si tota ea solemnitas non sit adhibita: non verò non sit censendus institutus per vltimam voluntatem omnino & simpliciter, sed per viam contractus, ac proinde satis sit solemnitas ad contractum requisita. Et quoniam, stando in solo iure communi, non multum vtilitatis ex dissolutione huius dubij pèderet, eò quod, vt disp. 128. dictum est, de iure communi, ad validitatem ac firmitatem testamenti inter liberos, satis sint duo testes, sicut ad validitatem contractuum, attamen in hoc Castellea regno, in quo eadem solemnitas requiritur ac firmitatem vltimae voluntatis inter liberos, quae necessaria est ad firmitatem vltimae voluntatis inter extraneos, vt ex. l. 3. Tauri, quae est. l. 1. tit. 4. lib. 5. noue collect. eadem disp. 128. dictum est, cum tamen longè minor sufficiens sit ad firmitatem contractuum, sane non parum referat decisio eius dubij: maxime cum maioratus, de quibus agimus peculiare Hispaniarum sint. Optime verò ad hoc dubium respondet Molina vbi supra. nu. 25. quòd, cum diuisio bonorum fieri possit, tum per vltimam voluntatem, tum etiam per contractum, vt dictum est, & praesertim maioratus institutio, vt habetur. l. 44. Tauri, vtique quando simpliciter fit, eodem modo est censendum facta, quo melius sustentent maioratus institutio, ac bonorum diuisio. Vnde, si adhibita sit solemnitas ad vltimam voluntatem necessaria, censetur

conferenda erit facta per vltimam voluntatem, si verò solum sit adhibita solemnitas sufficiens ad contractum, censenda in praeiis pro contractum. Atque ita sustententur in praeiis (referente Molina vbi supra. nu. 28.) multi Hispani maioratus simpliciter instituti diuidendo bona inter liberos, & non adhibita solemnitate requisita ad firmitatem vltimae voluntatis, sed solum adhibita solemnitate requisita ad contractum. Atque iuxta hanc doctrinam exponit Burgum de Paz. l. 3. Tauri, qui dixit, ad validitatem eius modi diuisionis bonorum factae simpliciter, necessaria esse solemnitates vltimae voluntatis, vt intelligatur, vt valeat tanquam vltima voluntas: secus verò, vt valeat tanquam contractus. Et exponit. l. 7. tit. 3. part. 6. dum, iuxta commune ius, exigit ad validitatem diuisionis bonorum factae, non in testamento in scriptis, sed verbo tenus, duos testes rogatos, vt intel ligatur, vt valeat tanquam vltima voluntas: non vero vt valeat tanquam contractus: nam inauditi est, vt ad solemnitates contractus requiratur, vt testes sint rogati. Est tamen obseruandum, si aperte confiteri institutorem maioratus per viam diuisionis bonorum intendit ille efficere in vltima voluntate, & non per viam contractus, tunc, vt firma sit institutio, necessaria esse solemnitates vltimae voluntatis, nec sufficere solemnitates contractus, arguuntur. l. nò codicillum. C. de test. & l. litiud. §. tractari. ff. de iure codic. & eorum, quae disp. 13. dicta sunt.

Similiter ait ibidem Molina, si maioratus institutus sit ab vxore sine viri consensu, aut a minori sine curatoris auctoritate, & iudicis decreto in ijs, in quibus iudicis decretum requiritur, tunc, si non confiteri intendit institutorem per viam contractus, sed absolute illum instituit, adhibitaque sit solemnitas ad firmitatem vltimae voluntatis requisita, sufficere eiusmodi institutiones tanquam vltimae voluntatis, in quibus neque vxor indiget viri consensu ad validitatem, neque minor consensu tutoris, aut iudicis auctoritate, esto solemnitates haec necessariae sint ad validitatem, vt aliorum contractuum, sic etiam in institutionis maioratus per viam contractus, quòd ad minores quidem attinet, de iure communi: quoad vxorem verò de iure horum Castellae & Lusitaniae regnorum, vt etiam de donatione causa mortis disp. 288. dictum est, & de contractibus vniuersim disp. 243.

Quando maioratus, non per viam diuisionis bonorum, nec in vltima voluntate, sed per modum contractus est institutus, tunc, si irrevocabiliter sit institutus aliquo ex tribus modis. l. 44. Tauri expressis, & fulus se, neutribus disputacionibus explanandis, aut aliquo alio modo ex subiiciendis eisdem sequentibus disputacionibus, sane talis contractus, aut donatio, ita est contractus simpliciter & omnino inter viuos, ac validus, vt nihil de vltima voluntate participet, neque quoad reuocabilitatem, neque vt indigeat morte institutoris, vt confirmetur. Sicut enim donatio causa mortis amittit naturam donationis causa mortis, & transit in donationem inter viuos eo ipso, quòd aliquid ei aduenit, vnde irrevocabilis reddatur, vt disputa. 287. iuxta varia iura, cum communi doctorum sententia dictum est: ita quando institutio maioratus per viam contractus, aliquid eiusmodi aduenit vnde irrevocabilis ac firmus redditur, non indigens in hoc Castellea regno morte institutoris vt confirmetur, sortitur plenè rationem contractus inter viuos, nihil participans de vltima voluntate, vt rectè Molina. lib. 1. de primog. c. 12. nu. 21. ait.

Denique quando maioratus est institutus per viam contractus reuocabiliter in hoc Castellea regno iuxta dispositionem legis. 44. Tauri, etiam quando institutus est diuidendo bona inter liberos, sed per viam contractus, modis supra explicatis, & non per

vltimam voluntatem, rectè cum Greg. Lopez. l. 4. tit. 1. part. 4. verb. *en su vida*. & cum alijs, quos citat, affirmat Molina vbi supra à nu. 8. refulitare mediam speciem contractus, inter vltimam voluntatem, & eum contractum merè inter viuos, qui non sapit naturam vltimae voluntatis: atque hanc speciem ait comprehendere etiam omnes donationes, quae non, nisi donantis morte, confirmantur, quales sunt donationes inter còuges, & patris ac filij, de quibus disp. 289. & 290. dictum est. (excipie donationem causa mortis, quae quia aliquantulum plus conuenit legatis, quam illae aliae, vt disp. 287. & potissimum disp. 288. explicatum est, quamvis comprehendenti etiam poterat sub eadem specie, & donatio verè ac contractus sit, placuit tamen iurifconsultis, inter vltimas voluntates eam potius computare) eamque speciem affirmat distinctam esse a legato & fideicommissio, & denique ab omni vltima voluntate: eatenus verò ait esse mediam inter merum contractum inter viuos, & vltimam voluntatem, quòd, cum verè contractus sit, aut donatio, participat tamen de vltima voluntate, non solum, quòd reuocari possit (id quod precario, & contractibus innocentis, interim dum fines pacti nudi non egreduntur, de iure castreò conuenit) sed simul etiam ac precipue, quòd morte donantis, seu disponentis, confirmetur: quod illis alijs contractibus, qui simpliciter & omnino sunt inter viuos, non conuenit. Vnde eadem ad modum disp. 288. de donatione causa mortis cum communi doctorum sententia, quam retulimus, dictum est, si spectetur quoad ius initium, ordinationem, seu productionem, plus accedere ad contractum, quam ad vltimam voluntatem: si verò spectetur quoad effectum & stabilitatem, postquam est producta, quatenus scilicet reuocari potest, accedere plus ad vltimam voluntatem: ita de eiusmodi institutionibus & donationibus mediae huius speciei, est dicendum, quoad sui videlicet initium, ordinationem, ac dispositionem, esse contractus: quoad effectum verò & stabilitatem, participare naturam vltimae voluntatis, eoque ex capite locari mediam quandam speciem inter meros contractus inter viuos, & vltimam voluntatem, vt rectè Molina vbi supra nu. 16. affirmat. Quare in contractibus mediae huius speciei, sufficit solemnitas, quae in contractibus est necessaria, neque est necessaria maior, quae ad vltimam voluntatem exigitur: quoniam solemnitas ad initium ac productionem dispositionis requiritur. In donatione verò causa mortis, quoniam placuit iuris consultis, plus illi de natura vltimae voluntatis tribuere, & cum vltimis voluntatibus eam computare, maiorem solemnitates, disp. 288. explicatam, ad illam necessariam esse statuerunt. Quae etiam ratione notiterant, necessariam esse institutionem ad donatio nem causa mortis, esse infinitam quingentorum solidorum excederet, vt eadem disp. 288. ostendunt: eoque cum tamen regulariter in donationibus mediae speciei, de qua loquimur, vt in donatione inter coniuges, & inter patrem & filium, necessaria sit, eò quòd infinitatio ad initium & productionem donationis spectet, vt eadem disp. 288. citata, & duabus sequentibus, comprobatur est.

Dixi, regulariter in donationibus, seu dispositionibus mediae huius speciei, necessariam esse institutionem: quoniam quemadmodum in maioratibus, etiam irrevocabiliter institutis, necessaria non est infinitatio ob varias rationes, quas disp. 279. explicauimus, ita neque necessaria, propter eandem rationem, est infinitatio in maioratibus reuocabiliter contractu aliquo institutis, quoad quidem rationes illae non minus in reuocabilibus, quam in irrevocabilibus militent. Non ergo est legitima ratio, cur in maioratu instituto contractus reuocabili, infinitatio non sit

necessaria, quam Molina lib. 2. de primog. c. 8. n. 21. reddit, quia videlicet contractus ille vltima voluntati acquiparatur, vt disp. 288. a nobis obseruatum est, sed legitime sunt, quas disp. 279. aueniente eodem auctore, reddidimus.

11. Que dicta sunt de maioratus institutione, dicenda ferè sunt de melioratione in tertio, iuxta l. 17. Tauri. Si enim in vltima voluntate, aut per viam diuisionis bonorum facta sit, ita vt in vltima voluntate facta censetur, reuocabilis est interim, dum institutor viuat. Valida autem est eiusmodi melioratio, atque etiam in quinto, esto in hoc Castellæ regno facta sit in testamento, in quo aliquis iniuste sit præteritus, vt disp. 175. dictum est. Item integrum est melioratio in tertio, & quinto, acceptate meliorationis, & repudiare hereditatem meliorantis (id quod locum similiter longè maiori cum ratione habet, citiùs melioratio facta esset ex contractu) vt disp. 104. dictum est, vbi explicatum etiam est, quomodo tunc melioratio teneatur pro rata ad debita defuncti.

12. Quando melioratio in tertio facta esset contractu irreuocabili in euentibus, de quibus est mentio. l. 17. Tauri citata, & qui copiosius disputationibus sequentibus explanabuntur, tunc contractus est mere inter viuos. Quando vero facta esset quouis alio contractu, esset reuocabilis, neque confirmaretur, nisi morte meliorantis, ac proinde talis contractus attineret ad mediam illam speciem inter contractus mere inter viuos & vltimam voluntatem, sufficeretque proinde ad illius firmitatem solemnitas ad contractum requiritur. Quod si ea melioratio, aut quouis alia donatio facta inter viuos filia, aut filio, quæ iuxta l. 26. Tauri, quæ est l. 10. tit. 6. lib. 5. noue collectæ, ceterum eo ipso melioratio quoad eam latitudinem in tertio & quinto, facta sit ob causam, vt regulariter fieri solet, tunc melioratio illa non indiget in inuentione, & si quingentos solidos excedat, iuxta dicta disp. 279. Si vero esset facta contractu, & non esset donatio ob causam, in inuentione indigeret, quoad excessum ultra quingentos solidos.

Obseruatur vero optimè Molina lib. 1. de primog. c. 12. nu. 19. Legem 47. Tauri loqui solum de melioratione in tertio facta alicui descendenti, vt patet in tunc eam legem, ac proinde, quæ dicta iuxta eam legem sunt, intelligenda esse de sola melioratione in tertio, siue facta sit filio sub potestate eius patris, à quo melioratur, constituto, siue non, ac proinde de ealege corrigi ius commune circa donationem factam de tertio descendenti, iuxta dicta supra & subius disp. 243. & disp. 291. Quod verò attinet ad meliorationem in quinto per viam contractus, aut donationis in incorrectum manet ius commune. Quare, si ea melioratio contractus, aut donatione, facta sit alicui extraneo, statim efficitur irreuocabilis, etiam si nec facta fuerit ex causa onerosa, cum aliquo tertio, nec fuerit facta traditio rerum donatarum. Obserua tamem, si ea donatio facta extraneo, non fit ex causa, sed sit donatio simplex indigere in inuentione quoad excessum ultra quingentos solidos.

13. Præterea, si ea donatio simpliciter in testabilis redderetur donator, esset inualida. Concinit Ant. Gom. l. 17. Tauri. num. 10.

14. Hæc eadem dicenda sunt de donatione ex eodè quinto, facta à quouis parentum descendenti, qui sub ipsius potestate nō est. Si vero donatio de eodè quinto, facta esset filio in potestate donantis constituto, tunc, vt valida esset, requiritur traditio rei donatæ, postquam, post traditionem factam reuocari à patre, vel talis parentis, vt hæc omnia, quod ad filios attinet, explicata ex iure commune sunt disp. 243. & 291. citatis: cum enim, quoad meliorationem ex quinto, nihil in hoc Castellæ regno sancitum sit, quod deto-

get dispositionibus iuris communis, vti que quo ad hæc, vt bene Molina vbi supra ait, standum est dispositionibus iuris communis.

Reçtè etiam ibidem Molina subiungit, si ex quinto maioratus sit institutus alicui extraneo contractu donationis, aut etiam alicui filio, vt descendenti, siue in potestate constituto, siue non, tunc, nisi aliquid interueniat, quod iuxta l. 44. irreuocabilem illà efficiat, posse ab institutore pro libito reuocari cum viuat, iuxta eandem legem 44. Tauri. Atque hoc esse discernim, maxime attendendum, interim dum aliud non disponitur, inter institutionem maioratus ex quinto, & meliorationem, seu donationem, sine maioratus institutione ex eodem quinto, factam extraneo, aut descendenti, qui non sit in ita donantis potestate, quod institutio maioratus reuocari potest, melioratio verò illa ex quinto non item.

DISPV T. 584.

Vtrum, vt maioratus institutio, aut melioratio in tertio, irreuocabiles reddantur, necessaria sit traditio per actum verum, an sufficiat per actum fictum, vt per clausulam constituti. Et de alijs duobus actibus, quibus eadem dispositiones irreuocabiles efficiuntur.

S Y M M A R I V M.

- 1. Maioratus institutio, aut melioratio in tertio, facta contractu, vt irreuocabiles reddantur, satis est traditio per actum fictum, & quando ea traditio ex tendat etiam ad futura.
- 2. Maioratus eadem institutio, aut melioratio, irreuocabiles redduntur, traditio coram tabellione scriptura, in quo facta sunt, eis quibus sum facta.
- 3. Institutio maioratus, aut melioratio, facta contractu oneroso, irreuocabiles eo ipso redduntur; modo, si contractus onerosus sit matrimonij, contractus fiat cum tertio contrahente, aut sequatur id matrimonium.

D. 4. Maioratus institutio, aut melioratio, si facta sunt vltima voluntate, nullo trium actuum, qui explicati sunt, irreuocabiles redduntur. Quando autem ferretur traditio ex interuallo, non facta in mentione, quod id fieret ad implendam vltimam illam voluntatem, conferretur facta noua donatio inter viuos irreuocabilis. Et nunc id locum etiam habeat in maioratu.

Q. Vastio hæc excitatur ad maiorem explanationem trium actuum, quibus, ex l. 17. & 44. Tauri, disputatione præcedere debet, latum est, maioratus institutionem, & meliorationem in tertio, irreuocabiles reddi. Et, quod ad primum eorum, quod circa primum actum, hoc est, scilicet irreuocabilitatem ex traditione, proposita sunt, ac tinet, disp. 13. iuncta disp. 12. antecedente, explicatum est, qui sint actus veri, & qui ficti, quibus possessio cõparetur. Atque, licet de oibus fictis idem in re proposita dicendum sit, si contingat possessionem rerum, quæ ad maioratum, aut meliorationem spectat, quouis eorum tradi, præcipui tñs, quibus id euenit, sunt per clausulam constituti, aut per reservationem vltius fructus earum rerum; quo duo actus, vna cum ceteris fictis, disp. 13. citata explanati sunt.

Hoc item constituto, breuiter dicendum est. Etiam traditio per actum fictum fiat, vt per clausulam constituti, qua videlicet maioratus institutor, aut qui meliorationem facit, profiteatur in scriptura institutio-

stitutionis, aut meliorationis, se res illius maioratus, aut tertiu, in quo melioratur, deinceps possidere nomi ne eius, in quo maioratus instituitur, aut qui in eo tertio melioratur, satis esse, vt ea institutio, aut melioratio, facta per contractum, irreuocabilis, ac firma oino reddatur. Ita cõis snia, quæ referunt ac sequunt Ant. Gom. l. 17. Tauri. nu. 15. & Molina lib. 4. de primog. ca. 2. a. n. 4. Rõ autè est, quæ verè pactum fictum transferunt possessio ciuili in eum, cui fit ea traditio per eum actum fictum, & comparat dominium rei ita traditæ, si habeat ad id titulum sufficientem, vt disp. 13. citata, & alijs, ostensum est. Atque, si per clausulam constituti tradatur ita possessio bonorum maioratus, aut tertij, in quo facta sit melioratio, exprimendo, tradi presentium & futurorum, aut tradendo illam eorum bonorum absolute, tunc se extendit ea traditio & possessio, & futurorum, vt tempore tamen, quo erunt futura, reddaturque proinde ea institutio maioratus, aut melioratio, firma & irreuocabilis, etiam quoad bona futura, vt cum plerique alijs, quos referunt, affirmant. Ant. Gom. l. 17. Tauri. nu. 11. & 12. & Molina vbi supra, num. 7.

Ibidè subiungit Molina n. 15. cum Tello Ferd. si institutor maioratus, aut qui in tertio melioratur, possessus est, primò vocatum, aut melioratum, possideretatis esse, vt censetur in illum translata possessio, atque adeo, vt institutio maioratus, aut melioratio, effecta sit irreuocabilis, iuxta glo. l. ab emptione, verb. constituitur, ff. de pactis. Glossa tñ illa solum dicit, si qui titulum in alium transfuit, constituitur, se nomine illius possidere eã, ceteri illa traditæ: profertè autè aliquè, se nomine alterius, in quem titulum transfuit, possidere, nihil profectò ad clausulam constituti differt. Itè subiungit, cum eodè Tello, & alijs, etiã quoad bona, quorù maioratus institutor, aut meliorator, est dñs, fed caret eorum possessione, & quoad nomina debitorum, reddi institutionem irreuocabilem, si institutor, aut meliorator, cedat actionem ad illa in primò vocatum, aut melioratum, iuxta glo. l. vlt. in prin. verb. portionibus, ff. de donationibus, argumeto, l. illam. C. eod. tit. & l. vlt. iuncta glo. vlt. ibi. C. quando filius vel priuatus.

Inter actus fictos, quibus de iure cõi transferuntur possessio, vnus est, vt disp. 13. citata dicebamus, qñ traditur scriptura, non quidè de nouo confecta, qua titulus conferitur ei, qui mittendus est in possessionem, sed antiqua, qua prior possessor titulum illius habebat. Atque, si tradatur eiusmodi scriptura ab institutore maioratus, aut à melioratore, rei ad maioratum, aut ad meliorationem spectatis, ei, quod ad maioratum primò vocatum, aut quod melioratio ipso censetur translata possessio rei ea scriptura contenta in eum, ac proinde, quoad eã, maioratus, aut melioratio, reddatur irreuocabilis. Neque hæc traditio scripturæ, est, de qua fit mentio. l. 17. & 44. Tauri: sed hic modus tradendi possessionem, sub primo modo cõprehenditur è tribus, quibus eis duabus legibus dñs, institutionem maioratus, aut meliorationem, reddi irreuocabile. Eadè verò dñs spu. 13. ostendimus, de iure huius Castellæ regni, etiã traditione scripturæ de nouo confecta, qua alicui titulus eius rei cõferret, transferri in eum possessionem eiusdè rei. Atque de traditione eiusmodi scripturæ, qua maioratus instituitur, aut melioratio fit, sermo est dua bus legibus citatis, dum dicitur traditione illius cora tabellione, reddi secundo modo institutionem maioratus, aut meliorationem, irreuocabile. Quia n. de iure cõi traditione eiusmodi scripturæ, non censetur admissa possessio, ad tollenda dubia, opus fuit addere firmum illud modum, quo dispositiones illæ redderentur irreuocabiles vt cum alijs, quos citant, affirmant. Ant. Gom. l. 17. Tauri. nu. 16. & Molina. c. 2. citato. n. 10. Vbi, cum Tello, Molina subiungit, cum iura illa ad eum effectum exigant, vt scriptura illa tradatur cora

tabellione, non satis esse, si tradatur illi coram iudice, vel coram aliquo alio; tametiã addat, quando euenus occurreret, in quo tragita esset, non coram tabellione, sed coram alio, effecta de re cogitandum.

Vt verò expediamus, nos etiam à tertio actus, quo institutio maioratus, aut melioratio, irreuocabiles redduntur, satis perspicue cõstat ex duobus iuribus citatis, non satis esse, si fiat ex causa, aut ob causam onerosam, vt ex causa matrimonij, sed in super esse necessarium, vt fiat cum tertio aliquo, cui id onerosum sit verba. n. eorum duorum iurium in re proposita sic habent: *per causa onerosa conoto tertero*: Quare esto in aliquo homine institutus sit maioratus, aut homo aliquis melioratus sit, ad contrahendum matrimonium, si tñ actum ea de re non sit cum ea, qua cum illo debet contrahere, aut cum aliquo loco eius, reuocari poterit maioratus, aut melioratio. Si tamè, post institutum maioratum, aut factam meliorationem, virtute talis institutionis, aut meliorationis, celebretur matrimonium, tunc eo ipso redduntur irreuocabiles, quia ita tunc ea institutio, & contractus, se extendit ad tertium illum, subitque, comparatione illius rationem contractus onerosi: neque satis erit tunc consensus ita instituti, aut meliorati, vt reuocari possit in præiudicium vxoris, & filiorum, vt hæc oia cum Tello uerat Molina vbi supra, num. 16. Imò verò, esto dissolutum esset matrimonium sine liberis, consensus viri, in quo institutus esset maioratus, satis non esset ad illum reuocandum: eò quod id cederet in præiudicium ceterorum, qui ad eum maioratum irreuocabiliter ea ipsa institutione vocati etiam sunt.

Quoad maioratus, aut melioratio, facta essent ad contrahendum matrimonium contractu celebrato cum tertio, comparatione cuius ea subiret rationem cõtractus onerosi, tñc, inquit vbi supra Molina cum Tello Fernandez, si non sequeretur matrimonium, posse reuocari maioratum aut meliorationem, quasi facta irreuocabiliter ob eam causam, seu sub conditione eius causa; causa non subsequuta. Quod si orta controuersia inter aliquos, illa componeretur trà factio- ne, vno institute maioratum in persona alterius ex aliquibus bonis, tunc, quo eo ipso institutio celebrata esset contractus onerosi comparatione instituti, si ne ea institutio continuo esset irreuocabilis.

Dubium est, vtrum sicut, quando maioratus est institutus contractu inter viuos, aut melioratio eodem modo facta est, & sequitur traditio, aut aliquis alius ex tribus actibus explicatis, redditur institutio, aut melioratio irreuocabilis; ita reddatur, quando institutio, aut melioratio, factæ fuerunt vltima voluntate. Ad quod, quicquid Peraltà, à Molina. ca. 2. citato. nu. 19. relatus, dixit; proculdubio simpliciter dicendum est, non reddi, præsertim in hoc Castellæ regno iuxta l. 17. & 44. Tauri, quæ expressè ita tunc, solum reddi irreuocabiles ex quouis eorum trium actibus, quando factæ sunt contractu inter viuos; scus autem, quando factæ sunt vltima voluntate. Quare si traditio rerum ad maioratum, aut meliorationem attinentium, fiat in utroque implendi dispositiones illas factas ex vltima voluntate, aut mentione factas, quod ad illas implendas id fiat, tunc vtiq; quamuis dominium, & possessio earum rerum transferantur acipientem, iuxta ea quæ disp. 287. de donatione causa mortis dicta sunt, quando illi accedit traditio, nihilominus reuocabiles adhuc remanent, vt rectè affirmant Ant. Gom. l. 17. Tauri. vlt. Molina à nu. 19. citato, & alijs, quos referunt, quibus consensus Couar. in Rub. de test. part. 2. nu. vlt. §. vlt. Imò verò iuxta ea quæ diximus disp. 193. §. vlt. circa legatū, quando accedit traditio testatoris ad illud implendum dum viuat, transeunt dispositiones illæ tunc in donationes causa mortis sequuta traditione, qua traditio dominium rei donatæ cõfert, sed reuocabi-

le, neq; impedit reuocationem talium donationū, si-
cut neq; impedit reuocationem donationis. causa mor-
tis, vt dicitur 287. dicitur est. Qñ autē præcessissent in sti-
tutio maioratus, aut melioratio, facta in vltima volū-
tate, & ex intervallo sequeretur postea traditio rerū
ad maioratū, aut meliorationē, attinētū, nulla facta
mentionē. qd ad vltimā voluntatē ex executione man-
dandā id fiat, vnde cois opinio, quā referit ac sequit-
ur. Ant. Gom. & Molina vbi supra affirmat, censeri
factā de nouo donationē inter viuos earū dē rerum,
subsequata traditione, ac proinde reddi irreuocabi-
les, iuxta ea que de legato prius facta, sequuta postea
ex intervallo traditione sine vlla mentionē, quod ad
mandandum executioni tale legatum id fiat, affir-
mat communis doctorum sententia, quam ijdem do-
ctores soidem atque à nobis dictum est disp. 193. §.
vlt. & Ant. Gom. l. tom. var. refic. l. 2. n. 4. ac Couar.
in Rub. de test. par. 2. nu. vlt. §. vlt. referunt ac sequū-
tur. Recte verò ait Couar. vbi supra, per eiusmodi
donationem præsumptam de eadem re factam ex in-
teruallo censeri extingūm prius legatum. Hoc loco
obserua, quomodo dictum h. Molinam hæc omnia
affirmare, numero tamen 20. in fine, subiungere, nō
carere id difficultate, quando maioratus prius effet
institutus in vltima voluntate, & postea sequuta ef-
fect traditio rerum ad eum maioratum attinentium.
Quoniam ad hoc, vt ex traditione rerum maioratus
facta ex intervallo, censetur facta noua donatio inter
viuos, opus est dicamus, institutorem recessisse à
prima institutione, & aliam de nouo intendisse effi-
cere, quod, inquit, non facile est præsumendum. Vn-
de addit, quando id eueniret, rem maturius esse cogi-
tandam.

DISPV. T. 585.

Vtrum, vt maioratus institutus, aut melio-
ratio in tertio, contractū inter viuos facte,
irreuocabiles reddantur, satis sit traditio
rei vnius, an requiratur omnium ad illas
attinentium. Et an traditio irreuocabi-
les reddantur, etiam quoad bona futura.

SUMMARY.
1. Argumenta proponuntur, quod in institutio maioratus, aut melioratio in tertio, traditione irreuocabiles reddantur, necessaria sit omnium traditio.
2. Maioratus institutus, & melioratio in tertio, vt traditione irreuocabiles reddantur, sufficit quarundam rerum traditio.
3. Satis sit argumentis in contrarium.
4. Maioratus, & melioratio, in tertio quando traditio non vnius rei, censentur facta irreuocabiles, quoad eam solam rem.
5. Maioratus institutor aut meliorator, si per clausula constituit factas dispositiones irreuocabiles, quoad existente postea aliqua re, interuertat possessionem illius, non idcirco reuocatas dispositiones.
6. Maioratus institutor aut meliorator, reddi possunt irreuocabiles traditione clausula constituti, etiam quoad bona incorporalia, & quoad nomina debitorum.

Non necessaria sit omnium earū rerū tra-
ditio, alioquin irreuocabiles mancant in sti-
tutiones illæ quoad res non traditas, sua
deri potest. Primò, ex illis verbis legis. 17.
Tauri, auendo entregado la possessio de la cosa y cosas
en el dicho tertio contenidas, ex quibus constat ad irre-
uocabilitatem omnino meliorationis, non sufficere
traditionem rei vnius ad illam attinentium, sed requiri

Primam ar-
gumentum.

traditionem omnium. Et quamuis in alijs editionib.
verba illa habent, la possessio de la cosa o cosas, in no-
ua tamen collectione copulatiua habent, la possessio
de la cosa y cosas, cui editioni est standum.

Secundo, qm eisdē duobus iuribus hī fieri eiusmodi
diuisiones irreuocabiles, auendo entregado la
possessio de la cosa y cosas, quibus ver bis satis aperte
inuitur, translationē possessionis rerū ad maioratus,
aut ad meliorationē pertinentiū, efficere eiusmodi di-
spositiones irreuocabiles: sed, qñ diuersa res prinēt
ad maioratū aliquē, aut ad meliorationē, apprehensio
ne possessionis vnius earū, nō comparatur possessio
reliquitur, esto ad comparandā possessionē rei vnius,
non sit necesse apprehendere illam quoad oēs illius
partes, sed satis sit apprehendere illā per partem, ani-
mo tñ per eā apprehensionē possidendam rem totā, vt
vtrumque initio disp. 13. ostensum est: ergo traditio
ne quarundam rerum, ex quibus pertinet ad maio-
ratum aliquem, aut ad meliorationem, non efficiunt
eiusmodi dispositiones irreuocabiles quoad res
cæteras ad eadem institutiones attinentes.

Tertio, rō quare traditio rerū ad maioratū, aut
meliorationē attinētū, eiusmodi dispositiones irre-
uocabiles fuit, est, qm ea traditio transeretur earū
dē rerū dñum in personā, in qua maioratus est insti-
tutus, aut qui est melioratus, esto aliqñ possessio earū
non comparatur, vt si erat apud aliquē tertium, vt in
calce disp. 1. citatæ ostendimus: sed qñ traditio fit
quarundā rerū, & non omnium, ad aliquā harū disposi-
tionū attinentium, comparatur solum dominium ea-
rum, qd traditur, non verò reliquitur: ergo traditio
solum quarundā ex illis non reddunt eiusmodi dis-
positiones irreuocabiles, quoad res minime traditas.

Castillo, & Telliis. l. 17. Tauri, in hac insiam
pendent, qm non additur clausula constituti, quæ iux-
ta dictā disputationem precedente, comprehendit præ-
sentia & futura, quæ eodē modo tradita, censentur
pro tempore (quod ad futura attinet) facta illi erunt.
Ant. Gom. l. 17. Tauri. a. n. 1. & calce. l. 2. ceter.
satis citior traditū, aut res aliquas, vt irreuocabiles facti
eiusmodi dispositiones, & quoad res cæteras, quāuis
non dū existat. In eadē insia est Molina lib. 4. de pri-
mog. c. 2. a. n. 23. modo tñ, inq, traditio alicuius, aut
aliquarū rerū, eo animo adhibetur, ut dispositio ir-
reuocabilis efficiat. Sanē in hac insiam propendeo,
tamēli tuti sem p iudicē, addere clausula constituti, q
res oēs comprehendat, aut traditō corā tabellione feri-
ptura eius dispositionis. Præter multa alia, quib. Ant.
Gom. l. 17. citata ducit, hæc insiam confirmat Molina.
Primò, qd l. 7. Tauri, de meliorationē in tertio lo-
quitur: tertium autē, vt ex l. 17. Tauri constat, accipien-
dū est de bonis, non præsentibus, sed qd tempore mor-
tis meliorantis reperitur: & id est de institutione
maioratus ex tertio & quinto, iuxta l. 24. Tauri, in tel-
ligitur. n. de bonis, qd tempore mortis institutoris fue-
rit reperta; qd p inde hī institutiones, & alia, bona
futura respiciūt, quorū traditio fieri neq; statim, nisi
p actū fictū, neq; si p actū fictū ea fiat, torrē effectū,
nisi p cōparationē ad tēp. in quo res illæ erunt, vt
disputatione pcedēto dictū est: cū ergo in his oibus
dispositionibus, & in alijs, qd comprehendunt bona ali-
qua adhuc acquirēda, nō possit fieri traditio omnium
rerū p actum verū ante mortē dñi, sed effectū, ut
dispositiones ipse ante eā mortē irreuocabiles reddā-
tur, neq; sit credendum. l. 17. & 44. Tauri. loq. solum
ad effectū detractionis p actum fictū, sed potius per
actū verum, cōsequēs pcedēt, ut in ritum earum le-
gū nō sit, necessariā qd irreuocabilitatē earū dispositio-
num esse traditionē rerum omnium, sed sufficere alicuius,
aut aliquarum, aut omnino eisdē dispositiones irre-
uocabiles ea traditione reddendi: præferim tñm. l.
44. Tauri, etiā in noua collectione, sub dñi uctionē
habeat. Saluo si uierē entregado la possessio de la cosa o
cosas.

Secundum.

Tertium.

cosas vbi aperte innuitur, necessariā ad id nō esse tra-
ditionem omnium, sed sufficere alicuius, aut aliquarū,
nisi quamque legamus, necessariam esse traditionem
omnium. Secundo, quoniam legibus. 17. & 44. Tauri
in verbis, que nūc expendimus, nō agitur ea traditione
de translatione possessionis rerum ad maioratū, aut
ad meliorationē pertinentiū, sed de irreuocabilibus
reddendis eis dispositionibus. traditione ea facta: red-
dere verò eas dispositiones traditione irreuocabiles,
sane nō minus pendet ex animo institutoris maiora-
tus, aut meliorantis, quā restitutio hereditatis tradi-
tione facta fideicommissario, pendeat à voluntate hæ-
redis illam restituentis: sed, vt heres grauatus resti-
tuere hereditatē, cōtetur re ipsa eam totam restituere
ad effectū, vt actiones omnes, tam actiue, quā pas-
siue transant in fideicommissarium, satis est, hī tradat
vnam, aut multas res hereditatis, animo tradendi totā
hereditatem, vt habeat. l. restituta, i. prin. ff. ad
Treb. his verbis. Restituta hereditas videtur re ipsa, si
forte passus est heres possidere res hereditarias, vel totas,
vel aliquas earū, hac mente, vt vellet restituere, & ille
suscipere, dictumque vtrumque est disp. 186. ergo ea
dem ratione, vt dispositiones, de quibus loquimur,
irreuocabiles traditione fiant quoad omnia, satis est,
tradit vnam, aut multas res, ad eas dispositiones atti-
nentis, neque est necesse, tradit omnes.

Ad primū.
Ad primum ergo argumentum in contrarium di-
cendum est, vbi de la cosa y cosas, cōiunctionem aequi-
pollere dñi uctioni o cosas, qd frequens est in iuribus,
ut habeat. l. sepē ff. de ver. sig. præsertim cū lege.
44. in eadem noua collectione habeat, de la cosa
y cosas: & cū neutro in loco fit sermo de omnibus re-
bus, vt constat ex legum ipsarum intento explicato.

Ad secundū.
Ad secundum negandum est, eodem modo requiri
traditionē ad possessionē comparandam, & ad irre-
uocabiles efficiēdas dispositiones aliquas expresse,
seu declaratione animi per eam traditionem, vel
ad aliud ius conferendum simili animi declaratione,
vt ex l. restituta citata constat, & affirmat Bar. & alij,
quos Molina vbi supra n. 28. refert ac sequitur: quare,
estō traditio alicuius rei, aut rerum aliquarum,
ad eandem dispositionem attinentiū, solum comparo
tur possessio earum, que traduntur; non verò earū,
que non traduntur, nihilominus traditione alicuius
earum rerum, animo ea traditione irreuocabiles red-
dendi dispositionem, irreuocabiles efficiunt quoad
omnia vniuersim, quæ illa cadunt.

Ad tertium.
Ad tertium neganda est maior: nō enim irreuoca-
bilitas pendet à domini translatione, vt constat, qd
quando dispositiones fiunt contractu oneroso cū
quodam tertio, irreuocabiles eo ipso redduntur, ne-
que tamen transferuntur dominium, nisi accedat tradi-
tio: sed irreuocabilitas pendet ex eo, quod id fiat, qd
à lege est dispositum, vt sit sufficiens ad reddendas il-
las irreuocabiles: qd in re proposita est traditio, saltē
alicui, vel aliquarū rerū animo firmas illas efficiēdi.
Ibidem Molina. nu. 30. ait, si quando fit traditio
alicuius, aut aliquarum ex rebus ad maioratū, vel ad
meliorationē attinentiū, adhibet, id fieri ad maiorē
eius dispositionis firmitatē, vel vt reuocari non possit,
aut aliud simile, cōcedendum esse eam traditionem
esse factā animo reddendi irreuocabilem totam dis-
positionem, idemque esse, si tradantur omnia præ-
sentia ad eam dispositionem attinentia, esto nihil aliud
exprimat: quia tunc institutor, aut meliorans, fecit
totū, qd pro tūc facere ad id poterat: secus autē, si ex
multis rebus, que erant in prospectu, & ad eam dis-
positionē attinebant, tradat vnam, nihil aliud expri-
mēdo: quia tūc quoad eam solam, cōtetur facta irre-
uocabilitas talis dispositio; nō verò quoad reliquas.

Numero, 31. idem autor aduersus Telliū, ceterū
contentantē ad Ant. Gol. l. 17. Tauri. nu. 1. addit. Si
maioratus institutor, aut meliorans, constituit se pos-
Tom. III.

essorē bonorum maioratus, aut meliorationis, loco
vocati primò ad maioratus, aut loco meliorati, quam-
uis cum Baldo, & alijs fit dicendum, si interuertat
possessionem comparatione rei alicuius futuræ ad
eam dispositionem attinentis, dicitur, se non compa-
rare possessionē eius rei uocato ad maioratū, aut
melioratū, sed sibi, non acquiri illi possessionem, ni-
hil impediēte clausula constituti antecedente, quæ
ad eam etiam rem fere extendebat: nihilominus per
eam possessionis interuertionem, non censeri reuo-
catam maioratus institutionem, aut meliorationem,
etiam quoad eam rem. Ratio autē est, quoniam per
clausulam constituti facta fuit à principio ea institu-
tio omnino firma & irreuocabilis simpliciter, &
quoad omnia: possessio autē per eandem clausulam,
qd quoad eam rem pēdebat ex illius existentia, potuit
interuerti & impediēti protestatione illa, & animo
non acquirēdi possessionē eius rei illi alteri, sed sibi:
sicut, post acquiritū alicui possessionē, potest ab illa
deurbari, eamq; amittere, comparate eam altero.

Ant. Gom. l. 17. Tauri. n. 13. affirmat, esto, quā-
do ex tertio fiebat maioratus institutio, aut meliora-
tio, institutor, aut meliorans, se constituit possessio-
rem loco primò uocati, aut meliorati, solum rerum
præsentium ad eam dispositionem attinentium, dis-
positionem reddi irreuocabilem, etiam quoad futu-
ra. Ait verò Molina vbi supra. nu. 32. verū quid id
esse, si institutor, aut meliorans, hac via intēderet effi-
cere dispositionē irreuocabilem, maleq; ea de causa
reprehendā Telliū in eadem lege: quia tunc irreuo-
cabilitas se extendit ad omnia, etiam si traditio per
eam clausulam constituti solum se extendat ad præ-
sentia: secus verò ait esse, si non significat, se ea uia
intendere firmam, aut irreuocabilem efficere eam
dispositionem: quia tunc solum manebit irreuocabi-
lis quoad præsentia, non verò ad futura.

Telliū. l. 17. Tauri. n. 56. asserit, in rebus incorpo-
ralibus, in quibus maioratus institutor, aut melio-
rans, possessionem non habet, non posse fieri maio-
ratum, aut meliorationem; irreuocabilem, nisi cessio
earum rerum in corporalium interueniat, etiā si
maioratus institutor, aut meliorans, se constituit possi-
dere bona omnia maioratus, aut meliorationis nomi-
mine primò uocati, aut meliorati. Id terò probat,
quia in iuribus incorporalibus, ut in nominibus de-
bitorum, non aliter fieri potest traditio, quā per ces-
sionem, ut constat ex l. 3. in prin. ff. pro socio, ubi ha-
betur, nomina debitorum acquisita ab uno ex socijs,
administrando societatis societatis, non communicari
alijs socijs, nisi cedantur: cū tamen res alia ac-
quisita negotium societatis administrando, statim
ceteris socijs pro indiuiso, & expamet iuris dispo-
sitione, acquirantur, postulante id ita contractu socie-
tatis, ut habeat. l. 1. & 2. ff. pro socio, & suo loco di-
ctum à nobis est: quare, vt aliqui dicunt, societatis ius
habet clausula constituti loco aliorum fororum, cum
in eum in societate, ut clausula: illius constituti iur-
tialis, non fiat traditio rerum incorporalium alijs
socijs: neque proinde comparat possessionem earum
abique cessione; consequens est, ut neque fit
institutor maioratus, aut meliorans, constituit se
possidere bona maioratus, aut meliorationis, loco
primò uocati, aut meliorati, censetur facta traditio,
aut translata possessio rerum incorporalium, ac pro-
inde neque reddita, quoad illas, sit ea institutio irre-
uocabilis.

Merito autem Molina vbi supra. nu. 35. iuxta hæ-
ctenus dicta, ait. Si maioratus, aut melioratio, consti-
tat in rebus corporalibus, & incorporalibus, ut re-
gulariter consistere solet, tunc per clausulam constitu-
tū effici dispositionē, etiam quoad incorporalia, ir-
reuocabilem, esto darentur, neque traditionem esse
factam, neque possessionem esse translata, quoad
D 3 res in-